

THEATRUM
ARTIS PICTORIÆ
QUO
TABULÆ DEPICTÆ
QUÆ
IN CÆSAREÅ VINDOBONENSI PINACOTHECA
SERVANTUR
LEVIORÈ CÆLATURÅ ÆRI INSCULPTÆ
EXHIBENTUR
ÀB
ANTONIO IOSEPHO DE PRENNER
P. I.
VIENNÆ AUSTRIÆ
ANNO MDCCXXVIII

CAROLO. VI.

ROMANORUM IMPERATORI

AUGUSTISSIMO

GERMANIAE, HISPAN: HUNGAR:

BOHEMIAE REGI *no* &c

ARCHIDUCI AUSTRIAE *no*

VIRTUTUM ET SAECULORUM PROTOTYPO
LITERARUM ATQUE ARTIUM IN GERMANIA

REPARATORI GLORIOSISSIMO

FELICISSIMO.

AUGUSTISSIMAE CAESAR

Quod absolutissima isthæce Artis Pictoriae Experimenta, ceri nunc incisa, velut AUGUSTÆ AUSTRIACÆ munificentiae monumenta, supremo in terris NUMINI substernere præsumam, materia iussit, finis imperavit; materia sunt effigies, rivus tenuis ex AUGUSTO TUO Picturarum Sacrario velut ex Oceano, desumptæ, Cæsareæ liberalitatis indices; finis est, meliorum Artium (quæ TUA dos Cæsare digna est) promovendarum tum utilitas tum Jucunditas. TUA sunt omnia, AUGUSTISSIME CAESAR, ac in TE, proinde tanquam in fontem et originem unde manarunt, refundenda. His pictorum miraculis, seu tacitæ, ut Tullius inquit, historice, elegantem illum, quem videmus, ordinem dedit Gundaccarus Comes ab Althann, quem maximo ædilitio muneri sapientissimè præfexisti; idem tamen ut posset, atque in seriem ac quasi pompam, quam in amplissimo ac splendidissimo illo ambulacro hodie obtinent, dirigeret, mihi verò, ut delectas tot heroum effigies scalpro reddere liceret, TIBI AUGUSTO Scientiarum PATRI mundus literatus debet, qui dum in iis artem eruditionemque suspiciet, amorem leget ac æmulationem. Coluit hæc de causâ Apelles ac mentores suos Græcia, non secus ac Livios Roma, ut, quas Heroum virtutes in monumentis signatas invidiosa temporum corroderet edacitas, in lapideo, quod ait sapiens, populo; et pictis majorum tabulis sera gauderet posteritas perennare. Idem TU, CAESAR AUGUSTE, RERUM HUMANARUM

OPTIME PRINCEPS, cum facias, non alteri magis,
quam TIBI, qui uti virtutum omnium, sic Divinae in
TE providentiae eventuum effigies es, tam viva, quam
orbis veneretur tam rara, quam seridum vix fieri
potuisse crediderint, nepotes, admirentur: TIBI, inquam,
pra omnibus tenues hosce labores meos inscribere visum est,
ut, dum in Vestibulo operis huius AUGUSTUM NOMEN
TUUM lector spectaverit, huius solius causam gratam
operae benevolentiam impertiatur. Vive igitur CAE-
SAR AUGUSTE, Patriae, literis, artibus immor-
talis. ita precatur

SACRAE CAESARAE MAIESTATIS
TUAE

humillimus obedientissimus ac devotissimus Servus

Antoni: Joseph: de Prenner!